H. Germ. C
10

Forma maxima
Sagen

Germ.
10

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/1

Bibliotheca Electoralis
publica.

Hiſt. germ.
Hiſt. imper. C. 5.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/2

IVSTITIA
PRVDENTIA
IMP. CÆS. MATTHIÆ
P. F. INVICT. AVG. P. P.
REVERENDISS. SERENISS.
PRINCIPVM CÆSARIB.
CREAND. VII VIRVM
Genuinæ Imagines æri inciſæ
OPERA
Wolfgangi. Kiliani. civis August.
Vindel.
Anno Christi.
CIϽ IϽCXVI.
FORTITVDO
TEMPERANTIA

IMP. CÆS. MATTHIÆ. P. F. INVICT. AVG.

P. P. MAX. II. F. FERDINAN. N. PHILIP. PRON.

MAX. I. ABN. FRID. III. ATN.

REVERENDISS. SERENISS.

POTENTISS. VII. VIRIS PRINCIPIB.

ELECTORIB.

S. ROM. IMP.

DN. IOHANNI SVICHARDO

MOGVNT.

DN. FERDINANDO COM.

PAL. AD RHEN. BAV. DVCI. COLON.

DN. LOTHARIO

TREVER.

ARCHIEPISC. PER GERMAN. ITAL. ET REGN. ARELAT.

ARCHICANCELLARIIS.

DN. FRIDERICO V. COM.

PAL. AD RHEN. ARCHIDAPIF.

DN. IOHANNI GEORG.

DVCI SAXON. &c. ARCHIMARESC.

DN. IOHAN. SIGISMVNDO

MARCH. BRANDEB. &c. ARCHICAMER.

CAESARI. PRINCIPIB. AC DOMINIS SVIS CLEMENTISS.

VICTORIAM. FELICITATEM. FAVSTAQ.

OMNIA. CVM. HVMILIMIS. OBSEQVIIS.

PRECATVR

http://digital.slub-dresden.de/id494046449/5

Cùm, Auguſtiſsime Imperator: Reuerendiſsimi, Sereniſsimi, Potentiſsimi Principes Electores, Maieſtatis, ac Serenitatum Veſtrarum, Effigies, ab alijs hactenus æri inciſas, vidiſſem: ipſemet quoque hac forma editionem hanc adornaui, quâ vultus & imagines CAES. MAI. V.ᵃᵉ ac Reuerendiſſ. ac Sereniſſ. Celſitud. Veſtrar. quam maximè genuinè exprimerentur. Feci, eam in rem, ſumtus admodum magnos, nec, vt ſanè etiam decebat, labori à me parſum. Quibus alijs, quam quorum eſſent, deberentur, quorum aliàs, quam quos repræſentant, patrocinio, in quoſvis obloquentes aut carpturos, tutæ forent, quærere non oportuit. Orare Cæſ. Mai. Veſtram, Reuerendiſſ. & Sereniſſ. Celſit. Veſtras, ad pedes me humilimè proſtratum, imà cum obſeruantiæ ſignificatione opus eſt, quod & infimis humilimisq; precibus facio: vt Cæſ. Mai. Veſtra, & Reuerendiſſ. ac Sereniſſ. Celſit. Veſtræ, conatum hunc meum, ipſamque adeò hanc oblationem, eo animo, ea clementia & fauore ſuſcipiant, quo maximi quique Imperatores, Reges, Principes, quantumvis tenuium hominum conatus, dona, labores, interdum etiam qualescunque, acceptare ſoliti. Id futurum vt eò magis in ſpem adducar, ſanè, tametſi nihil, tum circa expenſas, tum quo ad labores, ceu dixi, reliqui fecerim, quin genuinas, omnium maximè, S. Cæſ. Mai. Veſtræ, & Reuerendiſſ. ac Sereniſſ. Celſit. Veſtrarum imagines æri incidendas nanciſcerer: tamen, & ſi quid uſpiam adhuc deſiderari videbitur, monitus promptiſſimè corrigam: &, ſi S. Cæſ. Mai. V. & Reuerendiſſ. ac Sereniſſ. Celſit. Veſtris, operam hanc meam non diſplicuiſſe humillimè animaduertero: ad reliquorum etiam, cum Germaniæ, tum aliorum Chriſtiani orbis Regum, Principum, atque Dynaſtarum, quam maximè genuinas eicones æri incidendas, expenſis ac operis meis alacriter ac libenter quam primum Deo volente, accingar. Sac. Cæſ. Mai. Veſtram: Reuerendiſſ. ac Sereniſſ. Celſit. Veſtras; Deo Opt. Max. ad S. Rom. Imp. Germanici, ac totius Chriſtianitatis ſalutem, indies magis ac magis tuendum ac prouehendum: Eiſdemque Cæſ. Mai. Veſtræ, Reuerendiſſ. ac Sereniſſ. Celſit. Veſtris, me deuotiſſimè ſubiectiſſ. humilimè commendo. Dat. Auguſtæ Vindel. Kal. Septemb. An. Chr. M. DCXVI.

S. Cæſ. Mai. Veſtræ;

Reuerendiſſ. & Sereniſſ. Celſitud.
Veſtrar.

Subiectiſſ. Humil. Deuotiſſ. cliens

VVolffgang. Kilian. Glyptes Aug.

MATTHIAS·D·G·ROM·IMPERAT·S·AVG·GERM·HVNGAR·BOHEM·DALM·CROAT·SCLAVON·REX·ARCHIDVX·AVSTR·DVX·BVRGVND·STIR·CARINTH·CARN·WIRTEMB·COMES·HABSPVRG·FLAND·TIROL·
FIRMATVM COELITVS OMEN.
Et viget, et viguit, nec stante hoc desinet Orbe
A tot auis agnata tibis fortiſsime CÆSAR
AVSTRIA Cæsareo sublimis culmine VIRTVS
Et cultrix iusti atque tenax PRVDENTIA recti.
INVIA VIRTVTI NVLLA VIA.
L. Kilian. fecit.
W. Kilian. excudit.

REVER. ET ILLVSTR. PR. DN. IOHANNES SVICCARDVS D.G. S. SEDIS MOGVNTINÆ ARCHIEPISCOPVS S.R.I. PER GERMAN. ARCHICANCELL. ET PR. ELECTOR.
SPES MEA CHRISTVS.
Præsul & Elector, quis nam sit, IANE SVICARDE,
Aptior huic sæclo, uel te moderatior alter?
Te sentit Moganus, sentit Germania talem,
Mens facit hoc, sculpi quæ nescit acumine cæli.
VNVS DOMINVS.
VNA FIDES.
Wolf. Kilian. sculp. et excudit.

REVER.MVS ET ILLVSTR.MVS PR. DN. LOTHARIVS D.G. ARCHIEPISCOPVS TREVIRENSIS S.R.I. PER GALL. ET REG. ARELAT. ARCHICANCELL.S ET PR. ELECTOR. ADMINIST. ABB. PRVM.
CONSTANTE ÆQVITATE
Antiq. Piet.
Fr. Ar.
S. Paul. V. C.
Vrbis Treuericæ ſolium te Præſule gaudet,
Antiſtes pietate grauis, Princepsque, LOTHARI:
Virtutum, socijs sacra quos tegit Inſula tecum,
Es nec amore minor, minus his aut publica curas.
IN VARE
PACIS.
GREMIO SECVRA
QVIESCAT.
Wolf. Kilian. sculp. et exc.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/13

SCOPUS VITÆ MEÆ
CHRISTUS.
Elector, post fratrem, IANE GEORGI:
Atque VICE audiſti iudex pro Cæsare SACRA
Ascendis magnorum ita non indignus auor
VIC
TORIA
IUS
TA.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/16

PRO LEGE ET PRO GREGE.
IVRA AR MENT.
ARMA DE CORENT.
Sceptriferum te Cæsar habet, sacroque Cubili
Præfectum, prisci qui Marchio limitis audis,
Ad Viadrum, ad suevum, tot agros, rura, atque tot urbes,
IANE, regis, referens magnos, SIGMVNDE, parentes.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/18

HONI. SOIT. QVI. MAL. Y. PENSE.
SER. ET. POTENT. PRAC. DN. DN. FRIDERICVS. V. D.G. COMES. PALATINVS. AD. RHENVM. S. R. I. ARCHIDAPIFER. ET. PRINCEPS. ELECTOR. DVX. BOIORVM.
R.M.D.S.V.T.
Archipalatinis qui iam dominatur in agris
SEPTEMVIR multum gerit hunc FRIDERICVS & ora
Sed manus artificis nequijt depingere celsas
Ingenij dotes, quantis sit pectore Princeps.

R.S.
SLUB DRESDEN
3 4634587
(R.S.)
Forma max.
Hist. Germ. C 10
SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/21

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id494046449/22